



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, 1709

XXIX. Octobris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50916)

S. Theodorus volens pietatis suæ Marianæ monumentum extare, templum ejusdem honori sacrandum meditatur; dùmque locum, qui opportunus foret, circumspicit, ecce Deipara eidem visibilis facta locum designat. *Nad. an. Cæl.* Tu cor templum fac esse Mariæ.

S. Theodore fac cor meum dignum Mariæ templum, in quo perpetuè colatur; ora mecum Deiparam, ut illa mihi viam ad cælum ostendat, qua à cunctis in salutis negotio erroribus, liber, sine periculo felici tramite ad domum æternitatis beatæ abeam. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te salute: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, placere servire desidero. Hoc unum &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: peccatorum aut vanum aliquem ad amorem Marianum pellere conabor.

Sicut Adam & Eva uno pomo mundum vendiderunt, sic meus filius & ego redemimus mundum quasi uno corde. *B.V.S. Birg. revel. l. ser. 35.*

Quæstio: An Maria plus orbi profuerit, quàm Eva nocuerit?